NICOLAUS DE LYRA

Österreich (Admont ?), 3. Viertel 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25882
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Cap. xxxiii.

bonum supplendas ad quod ordina-
tur directe ars fictilis Sed quod aliqui
homines sint mali principaliter
non est ex ordinatione divina cum
deus nullomodo sit actor mali
culpe ut declaratum est diffusi-
us s. 14 c° nec per consequens ex eius
intentione omnino primaria est quod
aliqui reservantur ad gehennam
Nam voluntate eius anteceden-
te vult omnes homines salvos
fieri .j. ad Thym. 2° Sed vo-
luntate consequente previsione
peccatorum in malicia perseverancium
vult ipsos dampnari Sic enim
malum culpe reducitur ad ordinem
iusticie propter quod licet deus nul-
lomodo sit causa efficiens malo-
rum sed tamen bonorum est tamen actor or-
dinationis tam bonorum quam malo-
rum quia de eis culpe punit per
decorem iusticie Et secundum quod dicit
Aug. in Encheridion deus a-
deo est omnipotens et bonus quod non
sineret mala fieri nisi ex illis
eliceret maiora bona Et sic per-
mittit malos cum bonis tam in
subditis quam in prelatis usque ad
iudicium in quo separabuntur tota-
liter hii ab illis Et sic patet
solucio questionis Dicit igitur Con-
tra malum bonum est quia contra
malum nature est bonum nature
et contra malum culpe bonum
gracie et contra malum gehenne
bonum glorie et contra vitam mors
quia contra triplicem vitam scilicet
nature gracie et glorie. et triplex mors

scilicet nature culpe gehenne Sic
et contra virum iustum subditum
vel prelatum peccator subditus
vel prelatus Et sic intuere in omnia
opera altissimi .i. si consideres
opera dei in omnibus invenies
quandam oppositionem diversimode
tamen modo predicto duo contra
duo .i. duo mala contra duo
bona et unum contra unum ¶
Et ego hic commendat actor de
actione boni prelati in tribulatione
adomesticas Circa quod primo pre-
mittit breve prologum 2° prose-
quitur propositum ibi Audite me
Circa primum dicit Et ego no-
vissimus vigilavi ad intel-
ligendum et scribendum sapiam
post doctores et scriptores pre-
cedentes Scriptor enim huius
libri fuit tempore Ptholomei
Energetis qui regnavit in egip-
to post tempora Alexandri mag-
ni Et quasi qui colligit acinos
.i. racemos remanentes et in hoc
se humiliat preponens sibi alios
doctores et scriptores non solum
tempore sed etiam sciencia et auctoritate
In benedictione dei et ipse sperans
.i. confidens de eius adiutorio tribue
cepi Et quasi qui
vindemiat replevi torcular
.i. ego ex adiutorio dei scripsi
sapiam habundanter sicut
et precedentes scriptores Respi-
cite quoniam non solum michi labo-
ravi acquirendo meritum per hac
scriptura sed et omnibus exqui-